Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Peri tou protou kai tou eschatou Adam, ad locum 1 Corinth. XV, 44-50

Programma ... feriis memoriae Christi ex mortuis rediuiui sacris

Hartungsche Buchhandlung Hartungsche Buchhandlung

Regiomonti, MDCCXCV

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-9282

Visual Library

50 a

Περὶ
τȣ πρώτȣ καὶ τȣ ἐσχάτȣ ἀδὰμ
ad locum 1 Corinth. XV, 44-50.

Programma I,

feriis
memoriae
Christi ex mortuis rediuiui
ſacris
a
Rectore et Senatu
Academiae Regiomontanae
Ciuibus exhibitum.

Anno MDCCXCV.

Regiomonti,
apud Hartungium typographum regium et academicum.

Landesbibliothek Oldenburg

Landesbibliothek Oldenburg

Ea eſt hominum mortalium haud ſpernenda ſane, ſed iucunda potius omninoque laetiſſima exſpectatio, quae illos, vbi depoſuerint interitura huius vitae corpora, recuperanda eadem ſperare ſinit in altera vita longe praeſtantiora. Quanta enim quanta feratur nonnullorum nimis iactata aſpernatio, quae omnem corporis humani olim reſtituendi felicitatem exſpectandam faſtidioſe ridet; vix tamen dubitandum videtur, quin iſti ipſi σοφοι rerumque humanarum quae ad corpus ſpectant adeo ſuperbi contemtores, intus et clam haud raro iisdem exſpectationibus magnopere delectentur. Nec profecto videmus, quid in hac hominum inevitabili fato obnoxiorum perquam dulciſſima ſpe deſpicere poſſit homo itidem aliquando moriturus; dummodo haec ipſa exſpectatio ſatis ſecure ſperatur. Speratur autem quam firmiſſime, quae multipliciter (1) clariſſimis ipſius Chriſti Apoſtolorumque adſtruitur effatis: quorum inter plura ſufficit Paulinis verbis ad Philippenſes Cap. III, 21., ſubiicere vnum, in quo nobis noſtrorum corporum cum Chriſti σωματι της δοξης ſimilitudo promittitur haec: μετασχηματισει το σωμα της ταπεινωσεως ἡμων, ἐις το γενεσθαι ἀυτο συμμορφον τῳ σωματι της δοξης ἀυτȣ, κατα την ἐνεργειαν τȣ δυνασθαι ἀυτον και ὑποταξαι ἑαυτῳ τα παντα.

(1) Joh. VI, 39, 40 et 54. 1 Cor. XV, tot. 2 Cor. V, 1 ſeqq. 1 Theſſ. IV, 13, 14. etc.

Landesbibliothek Oldenburg